

suas, miscuit vinum, proposuit mensam, miscuit anillas suas, ut vocarent ad arcem, & mœnia Civitatis. Hæc mensa de sacra Eucharistia communiter à Patribus, & Doctoribus interpretatur, & cum convocandum esset ad mensam, & arcem, & mœnia Civitatis vocatur; quia hæc sacra mensa ad hostes, ac inimicos debellandos est turris fortissima, & murus insuperabilis, miscet vinum cum aqua, ad notandum tam sacrificium altaris, quam ad innuendum, quod illi, qui ad hanc mensam volunt accedere sic debent uniri, ac incorporari cum Christo, sicut aqua unitur, & incorporatur cum vino. D. Paschal, proxime citatus cap. 21. sic ait: Invenimus in Salomone, quod sapientia miscuit vinum suum, quod sanè vnum est illud, quod refunditur ad altare, ideo fit, ut sanguis Christi inde pro nostris exhauriendis peccatis quotidie rursus in precium sumatur redemptionis, & interior homo noster per hoc plenus innovetur, & conjungatur Christo; nec modo moribus, & vita, verum etiam & unitate naturæ per corpus, ut hinc inde in illius forma inveniamur.

Oratio.

300. Ait Textus erant perseverantes in orationibus: Cum enim illi primitivi Christiani multum jam accepissent de Deo, quod poenitentiam egissent, ac essent baptizati perseverantes in doctrina Apostolorum ac in participatione sacra Eucharistia, ideo in orationibus erant perseverantes, ac instantes, ut inde aliquid majus à Deo acciperent. Ait anima sancta ad suum dilectum. Cant. 1. n. 1. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera sua vino fragrantia unguentis optimis, illa toto mentis affectu labia divini Sponsi exoptat attingere, tamen ibi non sistit, sed ultra ad ubera Sponsi multis celestibus donis repleta magno desiderio fertur, & ideo non labia, sed ubera maxime commendat, & ait meliora sunt ubera tua vino fragrantia. Quid facit ad rem, quod ubera tot, tantisque commendata donis repleantur, cum ipsa sola labia pertingere exoret? bene noverat ipsa, quod si aliquid à Deo acciperet, si mul totum ipsum Deum cum omnibus suis donis acciperet; nam aliquid de Deo participare pignus est ad totum Deum possidendum, ac habendum D. Ambrosii, lib. de Isaac, & anima cap. 3. ait, quia bona, inquit, ubera tua super vinum, & odor unguentorum supra omnia aromata, illa osculum possit, Deus Verbum se ei totum infundit, & nudavit ei ubera sua.

301. Erat Ionas cap. 2. n. 9. in ventre piscis tribus diebus, & tribus noctibus, & oravit Ionas ad Dominum Deum suum de utero piscis, & dixit: Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, & exaudivit me. Magna questio est, Ionas adhuc detinebatur in periculo, adhuc erat inclusus in utero piscis: oratio autem ejus erat, ut ab illo carcere incolam, & salvus exiret, si adhuc in belluinis visceribus immorabatur, unde agnovit suam orationem exauditam? Et exaudivit me. Ex eo quod Ionas experimento cepit agnoscere in se aliquid de benignitate Divina, quod per tot dies eum salvum, & incolam servavit, pro certo credidit suam orationem exauditam de prospero, ac felici exitu. Theophylact. ibi ait: Per hoc, quod in cete servatus est, incipit credere, quod vitam denuo sit recuperaturus, eam ob rem hoc exoptat, non utique exoptaturus, nisi ex illo hoc possibile Deo credidisset.

Act. 2. n. 44. Omnes etiam, qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Num. 45. Possessiones & substantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat.

Eucharistia turris fortissima.

Summ. a unio nobiscum. D. Paschal.

Cant. 1.

Qui de Deo cupit aliquid habere totum accipiet.

D. Ambr.

301. Joan. 1.

Ex divina clementia aliquid accipere multum habebit.

Theoph.

Num. 46. Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo frangentes circa domo: panem sumebant.

Num. 47. Collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem: Dominus autem augebat, qui salvi fierent quotidie in idipsum.

VERSIONES.

Syr. n. 44. Simul erant, & omne id, quod eis erat communiter erat.

Arabicus. Omnes concordēs, & omnes res erant in publicā, & communes. Pagninus rari conjuncti.

Ethiopicus. Simul manebant, & mixta fuit tota familia, & possessio eorum.

Syr. n. 45. Et ij, quibus erat possessio vendentes erant homini secuti eum id, quod necessi erat.

Arabicus. Vendebant supellectiles suas, & dividebant inter turbam; Ethiopicus dabant pauperibus.

Syr. n. 46. Perseverantes erant in una anima, & c. frangentes edictum munus, exultantes in puritate cordis.

Arabicus. Cum hilaritate laudantes Deum.

Ethiopicus. Perdurabant simul in domo sancta, & benedicebant mentem, & præbebant tibi cum gaudio.

Syr. n. 47. Donati in amicos coram omni populo.

Arabicus. Habebantque honorē apud omnem populum: Dominus autem in Ecclesia augebat salvandos quotidie. Vatablas gratiosi in Ecclesia.

Ethiopicus. Et ex decreto adjiciebat Deus, super illos, qui crederent, & salvi essent. D. Chryso. Addebat eos Ecclesie.

EXPOSITIO XVIII.

Verf. 44. Mnes, qui credebant erant pariter. Syriacus erant simul, Ethiopicus simul manebant, Pagninus; Tigrina erant conjuncti, non quod simul in eadem domo habitarent; multo enim credentium erat in magno numero, itaut prima die Pentecostes circiter tria millia fuerint baptizati supra n. 41. quotidieque credentium numerus augetur, ac proinde impossibile erat quod omnes eadem in domo habitarent, maxime cum multi uxorati, alij casti, & religiosè viventes; erant omnes pariter in certo aliquo loco ad quem conveniebant ad orationem, concionem, ac ad exercitia spiritualia, simulque ad sanctam synaxim, & ita dicitur infra cap. 5. n. 12. Erant unanimiter omnes in porticu Salomonis, qui erat valde amplus, & magnificus, & ita dicitur infra n. 46. Perdurantes quoque in templo.

302. Habebant omnia communia, quod maxime pertinet ad perfectam unionem, concordiam, ac pacem excluso illo frigido verbo meum, ac tuum, quod est totius discordiæ, ac iniquitatis, & perturbationis fundamentum, habebant omnia communia quoad rerum substantias, non quoad uxores, nam concubitus vagus est contra legem naturæ, & contra certitudinem prolis, ac debitam educationem.

303. Verf. 45. Possessiones, & substantias vendebant. Cajetan. tanus

QUÆSTIO XXXVII.

Quare in primitiva Ecclesia tanta erat observantia communis vite, de illius excellentia agitur?

Communis vita, beatam, atque Angelicam imitatur, nam sicut Angelica uno alimentatur pabulo, uno lumine gloriæ vestitur, & ornatur, iidemque dotibus visionis, fruitionis, ac gaudii exultat, sic & vita communis una unanimitate alitur, uno fraterno amore ordinatur, iidemque facultatibus illustratur, & cum à se abiciat frigidum verbum meum, ac tuum nulli discordiæ, ac contradictioni est occasio; nullum ambitionis, aut cupiditatis fomentum, nulliusque invidiæ stimulus, sed omnia suggerunt mutua charitatis incitamenta, meritum fructus, & conscientia pacem, & tranquillitatem; merito hic vivendi modus vocatur à Divo Laurentio Justiniano citando: Inchoatio cælestis vite, & à D. Chryso. vita Angelica juxta illud Christi D. Si vis perfectus esse vende, quæ habes, & dā pauperibus, & habebis thesaurum in Cælo. A Cassiano appellatur perfectionis norma.

Religionum institutores hunc vivendi modum vitæ communis sunt amplexati, cujus Deus jam aliquod initiavit principium in lege veteri, ac posuit in magno Parente Elia, Eliseo, ac filiis Prophetarum, qui conventualiter vivebant. In Carmelo Galgalis, Hierico, quos antequam Elias raptus esset in Cælum, tanquam suos Conventus visitavit 4. Reg. 2. n. 2. eodem pabulo ac cibo utebatur 4. Reg. 4. n. 39. De quibus multa dixi in Opusculis opusc. 3. resol. 3.

Postea secuti sunt Esseni, de quorum eximia obedientia, paupertate, castitate, oratione, silentio, ac clausuræ communi veste, & cibo latè agunt Authores antiquissimi ipsi Esseni contemporanei, ut Philo. Philo liber Quod omnis probus sit liber, & lib. de vita contemplativa. Josephus lib. 2. de Bello Judaico Joseph. cap. 7. Porphirus apud Eusebium de præparatione Evangelica lib. 9. cap. 3. de quo latè egi in opusculis opusc. 3. resol. 3. q. 4.

Nunc vero adveniens Spiritus Divinus illuminans, ac inflammans corda discipulorum, ab ipsis religiosa, ac religiosus vivendi modus ad sublimiorem, ac excellentiorem statum, maxime elevatus, ac in sua consummata, ac altissima perfectione constitutus, atque ordinatus est; ab hisque perfectissimæ vitæ religiosæ jacta sunt fundamenta, ut scribunt D. Hieronymus lib. de viris illustribus in Marco, D. Basilius in regula. Fusieri, regul. 19. eundem postea maxime suscitaverunt circa annum 100. D. Antonius, D. Basilius, D. August. edocti ab Apostolis, ac primis Christianis, in quibus omnia erant communia, & juxta etiam illud vulgare Proverbium: Amicorum omnia sunt communia, in quo consistit tota religiosæ vitæ perfectio. Ait Hugo de clastro Hugo, animæ perfectio.

Ait anima sancta ad suum dilectum Sponsum: Trabe me post te, & curremus in odorem unguentorum tuorum, Cant. 1. n. 3. Si ipsa se sola postulat trahi, cur etiam invitat, & ut sodales currant, cur non postulat & ut trahantur, & ut currant in odorem unguentorum tuorum? Quia si ipsa optabat trahi post Sponsum, ut de tantis donis, celestibus gauderet, non solum hoc sibi vult, sed etiā ut sodalibus communicetur dum currunt, & ne aliquid ipsa prius participet, ideo cum ipsa trahitur, postulat ut & alii trahantur, sed ut currant. D. Gregor. Papa ait: Cur, charitas, quæ dicit singulariter trahere, dicit pluraliter currere, vult omnia communia, id inquit esse in chasa, quia in odore charitatis communis.

Glossa Lyran. Interlin. Hugo. Carthuf. Act. 4. 305.

305. Possessiones agrorum, aut domorum; nam possessio, ut ait Fastus idem valet, ac pedum sessio, aut possessio, quia in eis pes ponitur, ut in re propria, & ita sub possessionibus intelliguntur bona immobilia, & substantias, bona nempe mobilia, pecora, supellectilia, vinum, & triticum. Vendebant per manus eorum, qui ad hoc erant deputati, ut patet ex cap. 4. & 6. vendebant contemptu terrenorum, amore paupertatis, studio charitatis, ut per egentes distribuarentur, & fortè antequam in potestatem Iudæorum, & inimicorum venirent, in cælestes thesauros pauperum manus deportarent, ut fecerunt S. Laurentius, Vincentius, Sixtus, & alii.

306. Verf. 46. Quotidie quoque perseverantes in templo. Ad orationem, ac conciones Apostolorum: Frangentes circa domos panem. Aliqui ut D. Antonin. Baronius, Gancius exponunt de pane Eucharistico; alij ut Caiet. Lyran. Carthuf. exponunt de pane usuali, de utroque pane Glossa. Interlinealis Hugo, & quod hic non sit sermo de sacra Eucharistia, inde mihi probatur, quia supra n. 4. de communione sacra Eucharistia fit mentio: deinde non videtur decens, quod cælestis panis deferretur per domos ad communionem fidelium. Aptius videtur exponendum de certo genere panis, qui dicebatur Agape, & sumebatur post sacram Eucharistiam in memoriam ultimæ Cæne, ac communionis Christi ad symbolum, & stimulum charitatis: In hanc sententiam maxime inclinant D. Chryso. Oecumenius, & eam tenent Lorin. Cornelius à Lapide, Menoch. Tigrin.

D. Antonin. Gancius. Baron. Interlin. Hugo.

D. Chryso. Oecum. Lorin. Corneli. Menoch. Tigrin.

307. Oecum. Circa domos: Oecumen. per domum intelligit templum, vel distribuabant per singulas domos ob crescentem magnum numerum fidelium cum exultatione ob mutua unionem, ac charitatem, & spirituales consolationem ex sumptione talis panis. Et simplicitate cordis, sincerè, candidè, ac benevole, sine ullo dolo, ac malitia, vel fraude.

308. Verf. 47. Collaudantes Deum pro tot, ac tantis beneficiis acceptis, ut referuntur in hoc capite, quod eos in fide illuminaverit, eosque sui corporis participes faceret, in eisque tantam charitatem, ac unionem infuderit: pro his omnibus gratias agebant, ut ait Apostol. ad Ephes. 5. n. 19. Loquentes vobis in canticis in Psalmis, & Hymnis, & Canticis spiritualibus cantantes gratias agentes, & 1. ad Timoth. 4. n. 4.

309. Arabicus: Habentes gratiam ad omnem populum. Arabicus: Habentes honorem. In toto populo erant multum grati, amabiles, & honorati propter Sanctos, & inculpabiles mores, ac cælestem mittendi modum; omnium enim animos conciliabat beneficentia elemosynæ, & morum candor, ac simplicitas. Ait D. Chryso. Deminus autem augebat, nempe numerum eorum, ut advertit Lyran. non solum in die Pentecostes, sed etiam aliis diebus. Chryso. legit addebat. Ecclesie, seu cætui Ecclesie multos fideles Quotidie in idipsum. Hoc est in eandem societatem, in eandem fidem, & rationem vivendi.

Ephes. 5.

309. Arabic.

D. Chryso.

Ephes. 5.

310. Vita communis celestis, & Angelica.

Matth. 19. D. Laur. Justin. D. Chryso. Cassian.

311. Elias. Eliseus.

312. Essen.

313. D. Hier. D. Basil.

D. Hier. D. Basil.

D. Aug.

314. Cant. 1.

315. Cur, charitas, quæ dicit singulariter trahere, dicit pluraliter currere, vult omnia communia.

Dei, quam currens percipit, etiam preceptum dilectionis proximi advertit, propter communicationem scilicet mutuam Sanctorum in bono; Nam etsi illa sola pro se rogat trahi, tamen ex precepto charitatis, quod omnia communia intendit, illis omnes repleti desiderat. Ait Petrus Epist. 1. cap. 2. num. 8. Vos estis genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Græcus reddit: Populus in acquisitionem, ad communicandum cum eis vestrum genus, regale Sacerdotium, ac sanctitatem eis datam.

Ait Apostolus Paulus 1. ad Thassal. 3. num. 8. Nunc vivimus, si vos statis in Domino. Tam ingenti Charitate fervebat Apostolus, ut omnia sua gratiæ dona à Christo sibi communicata vellet etiam aliis esse elargita, ut ipsi firmi, & stabiles in Deo essent, tunc ipse reputabat cum eis vivere. At verò si ipsi à Christo deficerent, & mortui essent in fide, tunc non vitam, sed mortem cum apprehendere iudicabat. D. Chrysol. homil. 1. de S. Romano; sic ait: Vide quantopere studebat, ut res fratrum recte se haberent, qui nec se vivere existimabant, si illi salvi non essent. Homo, qui ad tertium Cælum raptus fuerat, atque in paradisi delatus tamquam fiduciam apud Deum assecutus fuerat, illorum honorum sensum non accipiebat, nisi eam fratres secum salvos esse vidisset. Paulus in tanto rerum apice sublimatus, ut ad tertium Cælum esset evehctus, ut audiret Dei arcena, nihil tamen se habere reputabat; Nisi etiam fratres secum salvos vidisset. Vide tom. 2. in Apocalypf. cap. 12 q. 31. n. 240. 242. 243. & in omnibus meis libris in Sybillario verb. communicare.

QUÆSTIO XXXVIII.

Quare in istis primitivis Ecclesie tanta erat perfectio?

316. UT essent perseverantes in doctrina, ac obedientia Apostolorum; in oratione, in frequentatione Sacrae Eucharistiæ, in gratiarum actione, in abnegatione omnium temporalium, & omnia, quæ habebant, à se alienabant vendentes, & pretia ad Apostolorum pedes deferebant, totisque viribus in Cælum deferebantur. Illa mulier peperit filium masculinum, qui reclusus erat omnem gentem, raptus est Filius ejus ad Deum, & ad thronum ejus. Apocalypf. 12. n. 5. sicut satis clara sententia est, quod hæc mulier significet Ecclesiam, sic & filius ejus animam fidelem seu cœtum fidelem. Ita Andreas Cæsari, Richardus Albertus, quos citavi tom. 2. ad cap. 12. Apocalypf. q. 4. n. 364. Magnum sane mysterium in hoc declaratur, nam qui verè gignitur, ac nascitur, ut proprius filius Ecclesie, omni nexu, ac conatu tendit in Deum, ac fertur in thronum ejus. Hue advoco id, quod dixit D. Athanasius, Sinaita lib. 7. Examer. ubi sic ait: Exeuntes de aquis volucres stupens Isaias clamabat: qui sunt hi, qui ut nubes volant, hæ sunt volucres, quæ rapiuntur in nubibus obviam Domino in aëre. 1. Thessal. 4. num. 16. verè fideles, etsi de terrenis aquis hujus sæculi prodeant, tamen non ibi inhaerent, sed ad superna altà contemplationem volant, ut digni inveniantur, qui Domino venienti ad iudicium cum potestate magna in nubibus occurrant, ut ab ipso gloriæ diademate coronentur.

Quam felix & secunda novitas virtutis ad magnum progressus scribit Joan. 10. num. 22. Facta sunt enovata in Ierosolymis, & hiems erat. Maxime ponderandum, quod enovata, id est renovare, seu innovare quotidie hyeme fierent, cur non potius veris tempore, in quo omnia innovantur, & ad ejus

exordium totus fabricatus est mundus; in hyeme vero frigore, gelu, ac sæviente tempestate omnia tabescunt, ac opprimuntur; Cur innovationes non in vere, sed in hyeme Deus in templo suo fieri disposuit? Ex his causis hoc providit; ut adversus debaccantes, ac furentes tempestates, atque hostiles incurfus, & insurgentes tentationes, homines fortiores, ac validiores existerent; tanquam novellæ plantationes in virtute innovantur, ut præsidio novitiæ ac primæ virtutis sævientes ventos valeant repercutere; & immobiles in virtute consistere. Theodor. apud Cantens. D. Thomæ ait: Satagas in quo. Theod. que dum hyems imminet, id est vita presens turbibus iniquitatis concessa, spirituales encarnas tui templi celebrare, semper renovando te ipsum, & ascensionem in corde tuo disponens, tunc Iesus erit praesens tibi. Ad procellosas iniquitatum tempestates superandas multum prævalet innovatio vitæ, & tunc tibi aderit Iesus; & ambulabit ibi.

Ingressus Iesus ad suæ passionis conflictus, ad sustinendas Iudæorum contradictiones, mandat discipulis suis, ut tendant in Castellum; Et inveniens asinam alligatam, & pullum cum ea, solvit, & ascendite mihi: Matth. 21. num. 2. D. Spondebat Dominus ingredi ad suos hostes, non pedibus, sed veluti in equo, ad hoc sufficiebat asina, ad quid insuper pullus? qui imo potius poterat esse impedimentum in via, ad quid ergo? Ad insinuandum, quod ad enervandas hostium vites multum prodest. quod novella virtus reassumatur, ut illius fervore armatus Christi miles, omnem adversariorum furorem extinguat, & consumat. Ad quod tendit nosser D. Cyrill. Alex. lib. 4. in Ioan. cap. 36. sic ait: Quando autem ad salutarem ibat passum, tunc non occulte, sed pullo invehctus asina in figuram populi novi. In pullo significabatur novus populus reassumendus cum fervore novæ virtutis. D. Chrysol. homil. 67. in Matth. ait: Gentium enim obedientia in pullo significatur, & repentina in meliorem vitam mutatio.

CAPUT III.

1. Petrus autem, & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.
2. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum.
3. Is, cum vidisset Petrum, & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat, ut eleemosynam acciperet.
4. Intuens autem in eum, Petrus cum Ioanne, dixit respice in nos.
5. At ille intendebat in eos sperans se aliquid accipiturum ab eis.
6. Petrus autem dixit: argentum, & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do; in nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula.
7. Et apprehensa manu ejus dextera, alleavit eum, & protinus consolidata sunt bases ejus, & plantæ.
8. Et exiliens stetit, & ambulabat: & intravit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum.
9. Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum.
10. Cognoscebant autem illum, quod ipse erat, qui ad eleemosynam sedebat ad speciosam portam templi, & impleti stupore, & extasi in eo, quod contigerat illi.
11. Cum teneret autem Petrum, & Ioannem, cunctur

12. Videns autem Petrus, respondit ad populum: Viri Israelita quid miramini in hoc, aut nos quid inveniemi, quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hunc ambulare.
13. Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob: Deus Patrum nostrorum, glorificavit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti.
14. Vos autem sanctum & iustum negastis, & petistis vinum homicidam donari vobis.
15. Auctorem verò vitæ interfecistis, quem Deus suscitavit à mortuis, cuius nos testes sumus.
16. Et in fide nominis ejus, hunc quem vos vidistis, & nostis, confirmavit nomen ejus, & Fides, quæ per eum est dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.
17. Et nunc fratres, scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & Principes vestri.
18. Deus autem quæ prophetavit per os omnium prophetarum, patri Christum suum sic implevit.
19. Patientemini igitur, & convertimini, ut deleantur

20. Ut cum venerint tempora refrigerij à conspectu Domini, & miseris eum, qui predicatus est vobis, Iesum Christum,
21. Quem oportet quidem Cælum suscipere usque in tempora restitutionis omnium, quæ locutus est Deus per os sanctorum suorum à sæculo prophetarum.
22. Moyses quidem dixit: Quoniam prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris, tanquam me, ipsum audietis juxta omnia, quæcumque locutus fuerit vobis.
23. Erit autem omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe.
24. Et omnes propheta à Samuel, & deinceps qui locuti sunt, annuntiaverunt dies istos.
25. Vos estis filij Prophetarum, & testamenti, quod disposuit Deus ad Patres nostros, dicens ad Abraham: Et in semine tuo benedicentur omnes familiae terræ.
26. Vobis primum Deus suscitans Filium suum, misit eum benedicentem vobis: ut converteret se unusquisque à nequitia sua.

ARGUMENTUM.

APUT hoc potissimum in duas dividitur partes: In prima describitur præclarissimum miraculum claudi ex utero matris jam sanati. Ex ejus occasione In secunda parte sermo D. Petri de virtute nominis Jesu.

Astor. 3. num. 1. Petrus autem, & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.

quo orabant sæculares, & ad hoc se conferebant Petrus, & Joannes. Secunda Sanctum, quod solis Aaronicis Sacerdotibus erat datum. Tertia pars Sanctum Sanctorum, ad quod semel in anno poterat ingredi summus Sacerdos.

VERSIONES.

Syras Factum est autem cum Simon Petrus, & Joannes simul ascenderent tempore precatonis hora nona. Arias Græcus. In idipsum ascendebant.

In Templum, tanquam in proprium orationis locum; quia Deus ibi peculiariter habitabat tanquam in loco sancto, & oratio unius adjuvabat precibus aliorum, ac etiam sanctorum, qui ibi venerant, ac quorum reliquæ ibi sunt: Unde dicitur Psalm. 21. num. 23 In medio Ecclesia laudabo te, & n. 26. subdit: Apud te laus mea in Ecclesia magna, & multis aliis in locis.

EXPOSITIO I.

1. Græc. Vers. 1. Petrus autem, & Ioannes: Græcus habet: In id ipsum, ascendebant: Unde multi connectunt hæc cum fine superioris capituli, ut vult Cajetanus, quod hæc eodem die Pentecostes contigerint: In id ipsum, id est ad idem tempus, ut potest patrocinari; quia Spiritus Sanctus advenit hora tertia; hæc facta sunt hora nona. Tamen contra hoc pugnat; quia in illa die Pentecostes Petrus post longam concionem tria millia hominum baptizavit, & nunc post sanatum claudum, aliam habuit concionem, quæ omnia vix fieri possunt eodem die; ergo in diverso die hæc sunt facta, ut etiam placet Lorino, id quod habet Græcus: In id ipsum idem est, ac simul, seu ut exponit Hugo: ad eundem finem, seu intentionem.

Petrus, & Ioannes. Nam inter hos duos, ut notat D. Chrysol. erat magna familiaritas, patet ex Evang. Joan. 20. num. 3. & infra in Act. cap. 8. num. 14. Ascendebant. Templum constitutum erat in monte Sion, ut à tota urbe esset conspicuum, ad illudque per gradus ascendebatur, inde aliqui suspicantur, quod dicuntur Psalmi graduales, quod in gradibus ascendentibus recitarentur. In templo autem tres erant partes distinctæ. Prima Ariam, in

Ad horam orationis nonam; quæ respondet horæ tertiæ post meridiem, de computatione horarum apud Hæbræos sæpe jam dixi: Judæi autem tribus horis in die orabant: Daniel tribus temporibus diei orabat contra Ierosalem cap. 6. num. 10. Cilicet, mane, hora nona, & vesperi; Deinde ad horam ascendebant; quia sacrificium agni bis in die offerebatur; mane, vesperi Exod. 29. num. 38. & potissimum in memoriam Passionis Christi, qui pro omnium salute hora nona expiravit in Cruce, & ad Inferos descendit. Ita Clemens Rom. de constitut. cap. 34. D. Clem. D. Cyprianus de Ora. Domini, S. Athan. de Virgine. D. Basil. serm. 1. de Instit. cap. 3. Rupertus lib. 1. de offic. cap. 5.

QUÆSTIO I.

Quare ante miraculum claudi describitur oratio Petri, & Ioanni?

Petrus, & Joannes ascendebant in Templum, ibant bini tum ob intimam amicitiam, tum quia Luc. 20. D. Iesus misit eos binos Luc. 10. num. 1. ex quo de sumpta

1. Pet. 2.  
Græcus.  
315.  
1. ad  
Thessal. 3.  
Iustus tunc  
vivit, cum  
habet alios  
secum in do-  
nis.  
D. Chryl.  
316.  
Apost. 12.  
Cæsari,  
Richard  
Albertus  
D. Atha.  
Sinaita  
1. Thess. 4.  
Qui vult  
fidelis nasci-  
tur celestia  
perit.  
317.  
Joan. 10.

1.  
Græc.  
Cajetan.  
Non eadem  
die Penteco-  
stes.  
Lorin.  
Hugo.  
2.  
Joan. 20.  
Astor. 3.  
In templo  
triplex pars.

3.  
In Ecclesia  
orandum.  
Psal. 27.  
4.  
Cur hora  
nona.  
Dan. 6.  
D. Clem.  
D. Cypri.  
D. Athanaf.  
D. Basil.  
Rupert.